Nf. 332.

Johann David Michaelis

Zerstreute kleine Schriften

gesammelt.

Dritte Lieferung.

Jena,

in der akademischen Buchhandlung

1795.

Auswal

Zerſtreuter Vorzüglicher Aufſätze

theologiſch-philologiſchen Innhalts.

Ein Repoſitorium für Theologie und Bibelſtudium.

Dritte Lieferung.

I. D. Michaelis kleine zerſtreute Schriften.

Iena, 1795.

in der akademiſchen Buchhandlung.

Innhalt

der

dritten Lieferung.

VII. Ioh. Dav. Michaelis Dissertatio de notione principis ac domini apud Romanos, ad illustrandum locum Marc. X, 42.

VIII. Briefwechsel zwischen Michaelis und Hrn Prof. Lichtenberg über die Absicht oder die Folgen der Spitzen auf Salomos Tempel.
(zuerst abgedruckt im Göttingischen Magazin 3. Jahrg. 5 St.)

IX. Ioh. Dav. Michaelis von den Gewölbern unter dem Tempelberge und Berge Zion zur Aufklärung der Geschichte, sonderlich der beym Tempelbau Iulians, und bey Herodes Plünderung

derung des Grabes Davids ausbrechenden Flammen.

(Zuerst abgedruckt im Göttingischen Magazin 3 Iahrg. 6 St.)

X. Ioh. Dav. Michaelis Dissertatio de Iehova ab Aegyptiis culto, ac pro Chnuphi seu Demiurgo, numine Aegyptiorum, habito, recitata die VI. Nov. 1762.

iterata ex Commentariis Societatis regiae Goetting. T. I. 1762. p. 267 - 290.

Innhalt

der

erſten Lieferuug.

I. Verſuch über die Stunde der Ebbe und Fluth im rothen Meer, verglichen mit der Stunde des Uebergangs der Hebräer.
Mit Anmerkungen von Joh. Dav. Michaelis aus dem Franzöſ. überſetzt.

II. J. D. Michaelis Abh. über die Urſachen des Stillſchweigens der Moſaiſchen Geſezgebung vom Kindermord.
aus dem Göttingiſchen Magazin der Wiſſenſchaften und Litteratur. IV. Jahrg. II. Stück 1785.

Inn-

Innhalt
der
zweiten Lieferung.

XII. J. D. Michaelis Schreiben an Herrn Prof. Schlötzer, die Zeitrechnung von der Sündflut bis auf Salomo betreffend.
das erstemal abgedruckt im Göttingischen Magazin der Wissenschaften und Litteratur. Erster Jahrgang. Fünftes Stück. 1790.

XIV. Nöthige Zugabe, die Zeitrechnung von Abraham bis zum Auszug der hebr. Nation aus Aegypten betreffend. Aus Michaelis Orient. Bibliothek XII. Th. S. 23--40.

V. Joh. Dav. Michaelis weitere Erörterung der Meinung Clerici, wie Matth. 26. und Joh. XIX. 14 mit einander zu vergleichen seyen? Zuerst abgedruckt im III. Theil der Hamburger Bibliothek, alsdann aufs neue: Göttingen 1755. in 4. mit Verbesserungen.)

VI. Jo. Dav. Michaelis Commentatio de Cherubis. (recitata die III Julii 1751. iterata ex Commentariis Societatis regiae Göttingensis Tom. I. 1752. p. 157--184.

VII.

Joh. Dav. Michaelis

Dissertatio

de

notione principis ac domini apud Romanos,

ad illustrandum locum

Marc. X, 42.

Praefatiuncula b. Auctoris.

De loco Marci X, 42. ante decem, et quod excurrit, annos, in miscellaneis Lipsiensibus novis, Tomo IV, disputaveram. Iam cum cupiam, a commilitonibus meis in exponendo

Novo Testamento haec mea legi posse, accedatque, quod aliqua emendanda videantur, multa addenda, quia mea commentatio a doctissimo et conjuncto mihi viro oppugnata est, typis iterum describi curavi; dissertationem fere totam mutavi, cum commodius aliqua dici posse crederem, servatis modo sententiis earumque argumentis. Quae redundabant omisi, multa addidi, rationes praecipue, quibus ductus in sententiam Viri doctissimi concedere non possum. Goettingae, die 1 Sept. 1755.

DISSERTATIO.

§. I. *Loca aliqua obscuriora N. T. ex auctoribus classicis explicari possunt.*

Sunt aliqua tam vulgata, atque a teneris unguiculis cuivis homini non indocto nota, ex quibus clarissima lux locis novi foederis non recte intellectis adfundi potest; ut mirum sit, in his errari, aut ambigi, aut disputari a viris etiam doctissimis, quae iidem, antequam ex ephebis egressi essent optime explicaturi videbantur. Quod cogitans, non aliis sed mihi

hi hanc legem ſcribo, nunquam doctoribus, qui teneram noſtram aetatem formarunt, vale dicere debere novi foederis interpretem.

Rei exemplum proponam verſum 42 capitis X evangelii Marci, in quo dominari gentibus dicens Ieſus, qui earum *principes eſſe videantur*, non recte interpretibus, quos evolvi, intellectus eſt.

§. II. *Domini et regis nomen Romanis ingratum; principis civile habebatur.*

Vix quemquam fugiet, niſi prorſus in Latio hoſpitem, *domini* nomen reipublicae moderatoribus tributum, poſt ejectos reges odioſiſſimum Romanis, invidioſum et moleſtum imperatoribus modeſtis viſum eſſe; cujus ſi quis uſus in vitae privatae blanditiis, neque omnino inſolitum (rarum tamen) alios dominos vocare, vix tamen quidquam acerbius in illum, qui populo praeerat, poterat jactari, quam ſi dominum populi Romani dixiſſes. Cum enim proprie domini eſſent, qui ſervos habebant, videreturque ſervorum loco eſſe populus, cujus rector dominus appellari ſuſti-

nebat; indignabatur gens magnanima dominos alios vocando ſuam fateri ſervitutem.

Nec minus notum, qua invidia *regium* nomen flagraverit, ut vel pro monſtro habitum a Suetonio ſit, quod Caligula illud ſibi aſſerere tentaverit; nec quidem eo ipſo tempore, quo Caeſares patriae ſe dominos potentes impoſuerant, atrociori vocabulo factum imperatoris vulnerari poſſet; quam ſi regium vocares. Qua invidiae flamma ne conflagrarent, qui re et poteſtate reges erant et domini Romanorum, placuit Auguſto, *principis* nomen ſibi induere, ut civium potius primus quam dominus haberetur; nomen, ne liberae quidem ignotum civitati, quae principem ſenatus dicebat, qui primus ſententiam rogabatur. Taciti verbis utar: *cuncta*, inquit, *diſcordiis civilibus feſſa, nomine principis ſub imperium accepit*. Annal. L. I. c. 1.

§. III. *Oppoſitio frequens vocabulorum, princeps, et dominus.*

Quam ſibi compellationem prudentiſſimo conſilio princeps facile regum aſſeruerat, ea ut

ut civilis Populo Romano perplacuit, imperatoribusque Romanis propria est reddita, ut ea ab regibus distinguerentur, dulcesque civibus ipso nominis blandimento, ac patres patriae viderentur. Cum hoc certe nomine conjungitur in Horatiano illo:

Hic ames dici pater atque princeps.

Hinc crebrae oppositiones *domini* et *principis*; *regis* et *principis*: cujus exempla, e multis pauca, in memoriam revocare legentibus lubet. *Suetonius* in *Caligula* c. 22. *nec multum abfuit, quin statim diadema sumeret, speciemque principatus in regni formam converteret. Verum admonitus, et principum et regum se excessisse fastigium, divinam ex eo majestatem asserere sibi coepit.* *Tacitus* l. I. *Annal.* c. 9. *Non regno tamen, nec dictatura, sed principis nomine constitutam rempublicam.* *Plinius* in Panegyrico, c. 7. *Non enim servulis tuis dominum, ut possis esse contentus quasi necessario herede, sed principem civibus daturus imperator.* c. 45. *Scis, ut sunt diversa natura dominatio et principatus, ita non aliis esse principem gratiorem, quam qui maxime dominum graventur.* c. 55. *Illi reges hostemque*

victorem moenibus depulerunt, hic regnum ipsum, quaeque alia captivitas gignit; sedemque obtinet principis, ne sit domino locus.

§. IIII. *Paraphrasis verborum Christi.*

Ab horum lectione recens, si quis in illa Christi apud Marcum incidat: οἴδατε, ὅτι οἱ δοκοῦντες ἄρχειν τῶν ἐθνῶν κατακυριεύουσιν αὐτῶν, καὶ οἱ μεγάλοι αὐτῶν κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν, οὐχ οὕτως δὲ ἔσται ἐν ὑμῖν, non poterit non oppositionem domini et principis, quam Christus facit, intelligere. Neque obscurum erit, de quibusnam principibus loquatur Christus: nempe de Romanis, quibus illud nomen Christi tempore proprium erat, non vero de Judaeorum praesulibus. Idque vel hoc intelligetur argumento, quod (ἄρχειν τῶν ἐθνῶν) praeesse gentibus *exteris* dicuntur. Tralatitium enim et vulgatum est, LXX interpretibus et scriptoribus novi foederis gentes exteras, Judaeis tanquam barbaras, τὰ ἔθνη dici. Hi autem orbis Romani principes quales essent, ne plebem quidem Judaeorum fugere poterat, Unde Christus, tanquam de re

nota

nota verba faciens, *noſtis*, inquit, *hos, qui principes gentium videntur, dominari illis.*

Nos quidem hujus orationis ſententiam, quam putamus, noſtris primo verbis expreſſam dabimus, deinde interpretationem noſtram breviter illuſtrabimus vindicabimusque. Hoc ergo dicit Ieſus: *noſtis, nec Romano quidem ſubjecti imperio ignorare ullo pacto poteſtis, quales ſint, qui gentium principes videri volunt, ſpeciemque principatus et umbram libertatis ſervant. Nomine enim et forma principes, re ipſa imperioſi ſunt ac crudeles domini. Talia vero a vobis, et ſancta veſtra civitate abeſſe omni opera volo.*

§. V. Δοκεῖν *hic non redundat.*

Δοκοῦντες ἄρχειν mihi erant, *qui principes videri volunt*, in quo acerrimos habebo adverſarios, qui verbum δοκεῖν redundare credentes, ab interprete negligi jubent. Equidem in toto illo pleonasmorum genere valde luxuriari video grammaticos et interpretes, quibus ſtatim pleonasmus eſt, ſi quod verbum ab interprete ſummam ſententiae quodammodo

reddituro negligi sine hiatu potest. Quod quidem saepe accidit, ubi tamen sua vis est verbo neglecto, quam si intellexisset interpres, pleniorem reddere sententiam potuisset. Sunt autem aliqui aut ita remoti a linguae graecae facultate, quamvis interpretandi munus in se suscipiant, ut non videant, qui significatus aptari verbis possit, aut tam cupidi alicujus grammatici inventi, ut magnopere velint, aliquid redundans indicari ac tanquam latrari aliquando posse. Hos ergo sequutus ubivis in pleonasmos, aliasque sermonis audacias incidas, adjectaque in rei argumentum exempla, non justa ac vera, sed quorum explicationem, licet aliae aeque commodae dentur, sumit petitque philologus, ex ea gratis sumta pleonasmum aliquem aut novam vocabuli significationem probaturus. Semel hae querelae effundendae, malo quotidie aucto, videbantur, petendumque ab hoc interpretum genere erat, ut aliis exemplis utantur, in quibus vis ineſt probandi: id vero est, talibus, quae explicari, nisi concedas pleonasmum, prorsus nequeunt.

Haec quidem de toto genere grammaticorum, qui pleonasmos in infinitum augent:

non

non de his, quibus δοκεῖν aliquando redundare visum est. Fateor enim probabiliora pleonasmi hujus verbi exempla allata esse, et olim ab aliis, et nuper ab *Elia Palairet* in *observationibus philologico-criticis in sacros novi foederis libros*, atque, quem Palaireto pleonasmorum cupido multis nominibus praetulerim, *Georgio Davide Kypke* in *observationibus sacris in novi foederis libros*. Et tamen placet sententia, quam collectis a se exemplis pleonasmi subjunxit Kypkius, his verbis concepta: *duplex tamen supereſt via, verbo δοκεῖν in his exemplis notionem aliquam vindicandi, aut saltem locutionis originem explicandi.* 1) videri aliquid esse, *saepe innuit: palam et ex omnium judicio in aliquo statu esse ac conditione Sic Graeci saepe voce* Φαίνεσθαι *utuntur. Euripides in Andromache v.* 343. *Peleo dignas res et Achille patre* δρῶν Φανήσεται facere videbitur, *i. e. manifestum fiet, illum talia facere. Sic et nostra verba de re, non de specie explicare potes: quos imperare manifestum est.* 2) δοκεῖν *illud dicitur, quod ex publico fit decreto, et judicio eorum, quibus potestas judicandi competit. - - - Quamquam non repugno, in communi usu non amplius*

ad hanc locutionis originem respexisse loquentes, ut adeo vox δοκεῖν in versionibus recte omittatur.

Ne quid dissimulare videar, ultro etiam profitendum duco, in nullo libro novi foederis magis fas esse, aliquid de pleonasmo suspicari, quam in Marci evangelio. Elegantiae enim omnisque cultus orationis negligentior Marcus reliquis videtur, non asper quidem dictionis genere, ut Jacobus, Judas, ac nonnunquam in apocalypsi Joannes, at talis, ut facile appareat, minime illum de ornatu sermonis cogitasse. Idem suum illud εὐθέως toties repetit, a librariis etiam, quia superare putabant, idemtidem neglectum, ut incredibile mihi non sit, δοκεῖν ipsi abundare.

Et tamen, haec cum ita sint, miror, cuiquam Romanarum rerum gnaro in mentem venire potuisse, nostro in loco δοκεῖν sine sententia positum esse. Nec enim quae semel abundat vox, eadem semper otiosa censenda est. Haec autem ita comparata est oratio, ut si vel deesset δοκεῖν, tamen per oppositionem verborum, *principatu fungi et dominari*, prius illud de sola specie et nomine principis accipien-

piendum foret. Faciamus, nihil habere Marcum, praeter illa Matthaei, *) ὁιδατε, ὅτι οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν κατακυριεύουσιν αὐτῶν, *noſtis quod principes gentium dominentur illis*; illum tamen Romanarum rerum aut hoſpitem aut immemorem dixeris, qui haec legens, ac ſciens in provincia pene Romana, certe in regione imperio Romano ſubjecta eam orationem habitam eſſe, non agnoſcat eandem principis ac domini oppoſitionem, cujus exempla ſupra a Suetonio, Tacito, et Plinio petii. Quae ſi oppoſitio in verbis Chriſti ineſt, hoc etiam ſequitur, ut principes, qui dominari dicuntur, nomine tantum atque forma principes ſint, id vero eſt, *principes videantur*. Hic ſi Marcus pro *principibus* nominat *viſos principatum agere*, quis verbum δοκοῦντες, quod res ipſa exigit, ut vel mente ac cogitatione in Matthaeo ſupplendum ſit, abundantiae accuſabit?

§. VI.

*) c. XX, 25.

§. VI. *Sententia de δοκεῖν non per pleonasmum posito, justis limitibus definitur, defenditurque.*

Fuit quidem, qui in explicatione Novi foederis, a) germanicam suam versionem vindicatura, pro pleonasmo verbi δοκεῖν et Raphelium excitaret, et loca 1 Cor. XI, 16. Matth. III, 9. adderet, atque deinceps de mea explicatione verborum Marci hanc ferret sententiam: *jam non licebit viro, alioqui docto, adstipulari, qui in novis Miscellaneis Lipsiensibus T. IV. p. 45. seqq. alium verbis non sine violenta detorsione sensum tribuit. Speramus etiam, ipsum aucta iam cognitione agnituruum, ingeniosa magis quam vera a se prolata esse.* *) Equi-

a) Der VI. sieht hier auf Christoph Aug. Heumanns Uebersetzung des Neuen Testaments, wovon die verbesserte Ausgabe 1750 in 8. zu Hannover erschien, und auf ebendesselben Commentar: Erklärung des Neuen Testaments, welcher zu Hannover 1750-63. in 12 Octavbänden der Uebersetzung nachfolgte. d. Herausg.

*) Erklärung des Evangelisten Marci S. 648: nunmehr werden wir der Erklärung eines sonst sehr gelehrten Mannes

Equidem et humanitate Viri Summe Reverendi delector, et laude, quae a laudato viro profecta non poteſt non jucunda eſſe; ac ne aegre quidem laturus eram, ſi in tam honorifica mei mentione nomen etiam meum commemoraſſet. Verum hoc cum legibus et amicitiae dederit, ut a me juvenilibusque meis ſcriptis, antequam huc evocarer, editis, diſſentiens, nomini tamen meo parceret, eadem et ego legum verecundia nomen ejus, quod honeſtiſſime hic legi poſſet, a me certe non niſi honorificentiſſime commemorandum, ſubticeo. Quam autem de me ſpem concepit, illi eventum defuiſſe aegre ſane laturus eram, ſi aegre ferre poſſem, ea me adhuc ſentire quae vera videntur. In novi foederis quidem interpretatione tam ſumus non alii, ſed diverſi, ut vix mihi ſpes ſit, ubi diſſen-

nes, welcher in den *novis Miſcellaneis Lipſienſibus T. IV. p. 45. ſqq.* dieſem Verſe einen andern Verſtand nicht ohne Gewaltthätigkeit beyleget, unſern Beyfall nicht geben können. Ja er wird hoffentlich ſelbſt nach neuer Einſicht erkennen, daſs ſein Vorſchlag mehr ſinnreich als gründlich ſey.

dissentimus, coituram aliquando opinionum (animorum enim semper fuit eritque) concordiam. Ipsi pleonasmi sunt frequentes, mihi rarissimi, atque etiam hi pauci, quos agnosco, ad aliquam, quae olim certe in verbis fuit, significationem revocandi; novas vocabulis significationes, usu nullo comprobatas tribuere, non usitatum modo ipsi sed et in confesso est, addita ratione, scriptores novi foederis plebejo adeo dicendi, seu potius loquendi genere usos esse, ut permultarum locutionum exempla nulla apud scriptores graecos ullos reperiantur. Ego contra et Hebraismos agnosco, et in nonnullis scriptoribus sacris aliquam verborum incuriam, et eo usque idioticam orationem, ut aliqua habeant ex communi loquendi vsu petita, a quibus optimi et elegantissimi scriptores abstinuerunt: at libere fateor, illud me de infima faece plebis loquendi genus agnoscere non posse. Aliud est, non eleganter lingua uti, aliud, ita scribere, ut nemo unquam, qui aliquid literis mandavit, scribere ausus est. Hoc si fecerunt scriptores sacri, sique eorum verba non ex usu linguae graecae certis, nobis monumentis noto sed conjecturis

inter-

interpretandi sunt, desperem de perspicuitate sacrae scripturae tuenda. Nec enim mihi perspicua videtur oratio, quae novos et inauditos significatus verbis idemtidem tribuens, tot incertis conjecturis explicanda est. Quod si quid valde plebeji sermonis in tabulas novi foederis irrepsisset, ne tum quidem meris conjecturis rem agi probaverim, sciens, et multos scriptores aliqua habere loquentibus quam scribentibus usitatiora, atque idiotismi a grammaticis graecis damnata, et scenam plura ex medio vulgi usu servasse, et aliqua ejusmodi in inscriptionibus ac saxis supersesse, quae non tam graeca, quam hujus illiusque civitatis erant idiotica. Sperem quoque, in versione graeca prisci foederis, qua certe graecitas novi foederis inquinatior non est, inque aliis scriptis similibus, significationes ejusmodi vocabulorum N. T. repertum iri, quas divinare res est periculi erroris que plena.

Haec quidem mea aut prima veritas, aut primus error, eo confirmatior, quo magis video, ope graecae linguae explicari optime posse, quae conjecturis opus habere vir doctissimus putat, facit, ut desperem, et me in

castra

caſtra viri doctiſſimi tranſituruм, et ipſi meas explicationes, niſi in quibus caſu aliquo nobis convenit, probatum iri. Ad hunc quidem Marci verſum, quod attinet, non video qua me nova cognitione auxerit, de verbis enim Matthaei, c. III, 9. ſi hic locus eſſet, diſputarem cum ipſo, oſtenderemque, ſuam ibi verbo δοκεῖν vim eſſe. Fateor tamen, aliqua, quae juvenis ante hos XIV annos in miſcellaneis Lipſienſibus acrius ſcripſeram, ita concepta fuiſſe, ac ſi nullus omnino dari poſſit verbi δοκεῖν pleonasmus. Quae ſi carpit, cenſorem et caſtigatorem non adſpernor. At ſemperne redundabit vox, quam aliquoties redundare ante ipſum praecipue Raphelius, poſt ipſum Palairetus et Kypkius, majori etiam hi apparatu probarunt? Abundare poſſe non inficior, nego autem hic redundare, ubi principes, qui ſpeciem dominationis fugientes mollius nomen ſumſerant, dominari dicuntur. Negabitne mihi vir doctiſſimus, principis et domini nomen in imperio Romano diverſiſſimum fuiſſe? negabitne crebras utriusque nominis oppoſitiones, cujus exempla ſatis multa in miſcellaneis Lipſienſibus dederam? negabitne a Chriſto principem domino

mino opponi? quod si non fecit Christus, si-
que principatum agere et dominari res sunt
eaedem, quae quaeso sententia verborum
ejus; nisi haec idem in subjecto (quod dicunt)
habens inque praedicato, *nostis imperantes
gentium imperare*? Sin autem dominum prin-
cipi opposuit Christus, negabitne eum de
principibus Romanis loqui, sub quorum
ipse ditione fuit, et in quos unos optime ca-
dit, quod dicit Christus, *principes dominos
esse*? Haec omnia si non negat, quid quae-
so rei est, cur verbum δοκεῖν, cui sua opti-
me constare vis et significatio potest, negli-
gendum ab interprete proque otioso sit ha-
bendum?

Adde his, Romae evangelium suum Mar-
cum scripsisse. Jam quis in illa urbe, in qua
principes dominis opponi solebant, erantque
domini, qui principes nomine ac specie cupie-
bant videri, pro pleonastico verbum δοκεῖν
habiturus, sive adeo quis verba Christi non
de forma principatus, qua saevissima tegeba-
tur tyrannis, accepturus erat?

Opponent mihi forte, quibus pleonasmus placet, Matthaeum, qui omisso δοκεῖν haec modo Christi verba refert, οἴδατε ὅτι οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν κατακυριεύουσιν αὐτῶν: (*noſtis, quod principes gentium dominentur illis*) redundare putantes, quod alter evangeliſtarum omiſit. Hi autem eodem fere cum librariis quibusdam pinguioribus errore laborare videbuntur, qui Hieronymi tempore quod evangeliſtarum alter plus habebat, alterius verbis addebant, quia excidiſſe arbitrabantur. Nempe poteſt eadem oratio a duobus referri, plenius diſtinctiusque ab hoc, brevius ac conciſius ab illo; idque ſaepe evangeliorum ſcriptoribus accidere videmus, qui non voces modo ſingulas, quibus ſua vis et ſignificatio conſtat, ſed integras etiam ſententias ab alio evangeliſta ſervatas, omittunt. Haec omnia πλεονάζειν dicenda illis ſunt, qui legem rogant iniquiſſimam, indicium pleonasmi eſſe, ſi alter ex evangeliſtis vocem omittat. Nec quidem Matthaeus aliam Chriſti ſententiam expreſſit, quam Marcus, hanc nempe: *Principes Romanorum nomine tenus principes, re dominos eſſe*: quod autem brevius prodidit Matthaeus, idem plenius ac majore per-

perspicuitate exposuit Marcus, sive quod a Petro pleniora Christi verba edoctus erat, sive quod Romanis scribens rem ad illos spectantem clarius ediſſerendam illustrandamque paraphrasi brevicula censuit.

§. VII. *Interpretationes aliorum, qui verbum δοκεῖν pro pleonastico non habent.*

Illos quidem non moror, qui aliam verbo δοκεῖν significationem tribuerunt; quorum aliqui si probabilia ac grammatice vera attulerunt, vix tamen illis assentietur, qui principum et dominorum oppositionem cogitaverit. Certe quae contra pleonasmum verbi disputavi, ea pene omnia opponere etiam possum pleonasmi adversariis, aliquam interpretationem verbi δοκεῖν commentis. Quarum quidem exempla Palaireti verbis commemorasse sufficiat. *Mirum sane*, inquit, *hic adeo variare doctos interpretes. Vulgatus vertit: qui videntur principari*: (hic quidem, si mihi judicare licet, optime. Fuit tamen versio aliqua latina, quae minus vim verborum assequeretur; Brixianus enim codex a Blanchino editus habet, *qui videntur praeesse gentibus*, op-

positione inter praeesse et dominari valde jam obscura.) DE DIEU: *qui statuunt imperare.* GROTIUS: *qui honorem habent imperandi.* MARTIN: *qui possunt imperare. Montenses: qui auctoritatem habent imperandi.* BEZA *et Belgae: qui censentur imperare, vel duces esse.* CASAUBONUS: *quibus placet imperare.*

His sententiarum divortiis multa addi alia possunt. Boisio visi principes esse sunt, quorum regna similitudinem regni mansuri et aeterni fluxa aliqua specie imitantur; Wolfburgio: qui regno superbius elati, se regnare, se imperare autumant; Wetstenio: *qui impotenti dominatione sibi regnare videntur, revera affectuum servi;* Kypkio, viro graece doctissimo, sive, *quos imperare manifestum est*, sive *qui decreto publico constituti sint ut imperent.* Audacior his Guysius mutat orationem Christi, ac si dixisset, *dominos videri principatum tenere*, non, *hos, qui principes videntur, dominari.* Sic ille: *nostis quod inter gentes magna sit contentio, qua ad imperium et auctoritatem nituntur; illique omnium habeantur maximi, qui arreptis reipublicae gubernaculis saevas in alios pro lubitu dominationes exercent.*

Haec

Haec autem singula refellere, et longum, nec necessarium est. Universa enim corruunt, modo cogitemus, quid inter dominationem et principatum Romae statutum sit discrimînis.

§. VIII. *Quid sit, principem videri, Tiberii exemplo illustratur.*

Sunt ergo οἱ δοκοῦντες ἄρχειν, *principatum agere visi*, principes Romani orbis, omni arte allaborantes, ut principes crederentur, non domini aut reges. Susceperant mire principum nomen, ne suspicio esset orientis regni; carebant diademate, et fastu barbaricorum regum, ut populus externa specie deceptus non dominos, sed principes senatores existimaret. Ex senatus sententia molesto muneri succedere, pulcrum illis erat, ejusque precibus fatigatus Tiberius visus erat incredibili oneri humeros subdere. Quin tantum consequuti fastigium senatum maximi facere, ex illius ore pendere, ejus jussa exsequi, rerum imperitis videri volebant. Ingens praecipue species principatus, liberaeque adhuc sub eo civitatis, in eo principe fuit, cui

Chriſti tempore orbis parebat, Tiberio, *) homine ad premenda animi ſenſa, immanemque ſaevitiam civili habitu et modeſta oratione diſſimulandam, omnium forte Caeſarum paratiſſimo. Teſtis ſit Suetonius, c. 24. *principatum, quamvis nec occupare confeſtim, neque agere dubitaſſet, et ſtatione militum, hoc eſt vi et ſpecie dominationis aſſumta, diu tamen recuſavit impudentiſſimo animo.* cap. 26. *liberatus metu, civilem admodum inter initia, ac paulo minus quam privatum egit. Ex plurimis maximisque honoribus, praeter paucos et modicos non recepit.* cap. 27. *Dominus appellatus a quodam, denuntiavit, ne ſe amplius contumeliae cauſſa nominaret.* cap. 28. *Adverſus convicia malosque rumores, et famoſa de ſe ac ſuis carmina, firmus ac patiens, ſubinde jactabat: in civitate libera linguam mentemque liberas eſſe debere.* cap. 29. *Diſſentiens in curia a Q. Haterio, ignoſcas, inquit, rogo, ſi quid adverſus te liberius ſicut ſenator*

*) Miror, Wetſtenium ad hunc verſum illuſtrandum excerpere, quae de Claudio, diu poſt mortem Chriſti regnaturo, habet Suetonius. Alieniſſima certe ſunt, nec enim de Claudio loqui Chriſtus, ſi cupiebat intelligi a diſcipulis, debebat.

tor dixero. *Et inde omnes alloquens; dixi et nunc et saepe alias P. C. bonum et salutarem principem, quem vos tanta et tam libera potestate instruxistis, senatui servire debere, et universis civibus, saepe et plerumque etiam singulis. Neque id dixisse me poenitet, et bonos, et aequos, et faventes vos habui dominos, et adhuc habeo.* cap. 30. *Quin etiam speciem libertatis quandam induxit, conservatis senatui ac magistratibus et majestate pristina, et potestate. Neque tam parvum quidquam, neque tam magnum publici privatique negotii fuit, de quo non ad P. C. referretur.* cap. 31. *Quaedam adversus sententiam suam decerni ne questus quidem est. - - - - Tanta consulum auctoritas, ut legati ex Africa adierint eos, querentes, trahi se a Caesare, ad quem missi forent. Nec mirum, cum palam esset, ipsum quoque eisdem et assurgere, et decedere via.*

§. IX. *Tiberius in specie illa principatus re dominus erat.*

In tanta principatus specie severe tamen atque saeve dominabatur Romanis Tiberius, civiumque iste pater atque princeps gravissimis caedibus in innoxios, exitiali suspicionis

aura adflatos, saeviebat; id quod est Christo, κατακυριευειν τῶν ἐθνῶν. Non urgeo jam, ut feci in miscellaneis Lipsiensibus verbi compositionem, qua augeri significatio videri possit, sed sufficit mihi, idem esse, quod κυριεύειν, *dominari*, quod Romanis auribus infaustum sonabat; licet mirer, virum summe Reverendum, cujus supra mentionem feci opposuisse mihi Lucam, ex cujus capite XXII, v. 25. liqueat, κατακυριεύειν idem esse ac κυριεύειν. Cum enim non eandem Christi orationem referat Lucas, sed aliam similis argumenti, alio tempore, suprema nocte, habitam, quae quantum a nostra distet deinceps docebo; nullum ab ea argumentum ad verbi κατακυριεύειν vim ac significationem probandam peti potest, nisi forte placeat, eadem ratione atque arte efficere, ut κατεξουσιάζειν, quod in Marco est, idem sit ac Lucae illud, εὐεργέται καλοῦνται, ac contra Lucae ἐξουσιάζοντες a Marci μεγάλοις ne vocis quidem significatu distent. Ita certe argumentari noluit vir Doctissimus, sed aut non recordatus est, loca parallela non esse, aut, si recte conjicio, ut saepe alias ita et hic statuit, orationem alio tempore habitam a Luca

non

non suo loco et occasione commemorari, quod tamen negare mihi licebit, donec argumentis confirmetur, tale colloquium, quale Lucas refert, suprema illa nocte non habitum fuisse. Et tamen vereor, ut recte compositio καταϰυριεύειν plus inesse, quam simplici ϰυριεύειν nostro in loco statuerim. Nempe verbum compositum, ubi suam habet propriam significationem, est, *in potestatem vi aut armis redigere*, unde et in versione graeca prisci foederis verbis Hebraicis, ירש *occupare*, ubi de occupatione hostili accipitur: כבש, proprie, *pedibus subjicere*, לכד *capere*, ורה etiam proprie, *pedibus subjicere* atque hinc, *in potestatem redigere*, respondet. Exempla non adscribo, cum ex Trommii concordantiis peti possint. Ex his autem verbis nullum est, quod notionem latinam *domini* ac *dominandi*, qualis est, ubi principatui opponitur, exacte reddat, neque succurrit aliud verbum Syriacum dominandi illam propriam vim cum occupatione violenta armisque facta conjungens. Syriace ergo loquutus Jesus vix potuit utrumque una voce complecti, sed forte ita dixit, ut et Syrus interpres concinne reddidit ܡܪܝܗܘܢ ܕܐܢܘܢ *domini illorum sunt*,

Quapropter nec ex verſione verborum Chriſti a Marco prodita plus eliciendum arbitror, quam in ipſa eſſe potuit Syriaca oratione. Aliter forte ſentirem, ſi ſcriptionis artificem, delectusque verborum et brevitatis ſtudioſum comperiſſem Marcum, a quo ſperari fas eſſet, quae fuſius pluribusque verbis dixerat ob linguae Syriacae egeſtatem Jeſus, uno eum artifice et apto verbo complecti voluiſſe. Quae cum alia omnia in Marco ſint, exque ſcriptoribus novi foederis, omnibus ſententiae magis quam elegantiae et puritati ſermonis ſtudentibus, hic unus minime videatur in delectu verborum laboraſſe, non auſim plus ex κατακυριέυειν exſculpere, quam ex κυριέυειν, id nempe, quod Syriace dici potuit, atque ab Syro interprete, et hic, et Matth. c. XX, 25. et Luc. XXII, 25. redditum eſt, qui putantur principes populorum, *domini eorum ſunt.*

§. X. *Magnates, quosnam in poteſtatem ſuam redigere dicantur? populosne an principes? dubitatur.*

De his, quae ſequuntur, καὶ οἱ μεγάλοι αὐτῶν κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν, donec certi quid

quid habeamus, probabilia afferre, cumque lectoribus in utramque partem dubitare liceat. Αὐτῶν ad gentes pertinere arbitrabar, cum primum in miſcellaneis Lipſienſibus locum Marci interpretandum mihi ſumerem. Id dici putabam, maximos et potentiſſimos cives, qualis fuit Caeſar, et Auguſtus, et ipſe, qui tunc orbi praeerat, Tiberius, vi, metu, et armis, rem publicam in ſuam poteſtatem redegiſſe.

Non poenitet quidem ſententiae, quamvis alia pene probabilior videatur. Prius αὐτῶν non ad populos, ſed ad principes illorum retulit Wetſtenius. Quid? ſi utrumque de principibus intelligas, interpreterisque: *et magnates principum, eos ipſos in ſuam redigunt poteſtatem*, id vero eſt, potentiſſimi ex principum amicis non illis ſerviunt, ſed imperant, exque ſua ſententia, ipſis formidandi principibus, rem publicam adminiſtrant. Apta erit haec et hiſtoriae illius temporis, et ſententiae, quam Jeſus exponit, oratio. Incredibilis fuerat Sejani potentia, cui nimis diu, rerum habenas relinquens Tiberius, orbem Romanum permiſerat, isque, nec ſine

magno

magno Tiberii discrimine ad majora adspirans oppressus a Tiberio erat. Recens hujus tantae potentiae memoria, ut eo respexisse Jesum satis opinabile sit. Adde quod nec regnum nec principatum petierant Zebedaei filii, sed primum in amicis Messiae locum, docendique essent reliqui discipuli, quibus excusare audaciam fratrum Jesus cupit, quam sit aliis innoxium, si quis in regno caelorum tanquam ad dextram regis sedeat, summum obtinens inter magnates ejus locum.

§. XI. *Occasio et finis orationis Christi exponitur.*

Primatum nempe in regno Christi, sed falsum in imaginario atque uno ex multis hujus seculi regnis, affectaverant Joannes et Jacobus, hortante et instigante matre Christi cognata, quos hoc dato responso dimittebat magister: acerbitates illis subeundas, hasque unas certas esse, atque a se promitti posse; primatum autem in regno caelorum non a se favore aliquo et molliore in cognatos affectu tribui, sed ex sola voluntate patris pendere; ab hoc cui destinatus sit, illi tributum iri.

Haec

Haec quidem ſententia verſus 38. et 39. Diſ cuſſerat ergo imprudenter conceptas preces, neque conceſſo, neque omnino negato eo quod petebatur. Quid enim concederet promitteretque; quae nunquam concedenda erant, ſi ex mente Joannis et Jacobi intelligerentur? Hi ſplendorem humani regni, quod oculis ſpectaculo eſſet, deſiderabant; alienum a doctoribus Novi Foederis faſtigium. Quid vero negaret, quae certa aliqua ratione Joanni et Jacobo conferre decreverat? Futurus enim aliquis erat in eccleſia Dei, non dominatus, principatus tamen. Oportebat conſtitui rectores, qui coetus Chriſto ſacros moderarentur, non ex ſua ſententia, ſed ad normam verbi divini ipſaque ſuaviter conſentiente eccleſia. Hos inter non primi ſolum ſed unici prorſus ac ſingulares erant apoſtoli, ex quibus triumviros, Petrum, Joannem et Jacobum, ut primi in collegium lecti fuerant, ita et maxime meritis, fama, auctoritate eminuiſſe in propatulo eſt. Hos primarios regni caelorum miniſtros, audeas amicis magni regis, dextram ejus et ſiniſtram tenentibus, comparare. Sapienter ergo Chriſtus, quae aliqua ratione concedenda erant, in ambiguo potius re-

relinquit, quam negat; cautior plerisque interpretibus, qui licet non negent, aliquem ecclesiae tanquam senatum esse, ministros Christi alios aliis praefectos, summum autem locum sine dubio apostolis dandum esse, neque tollant, sine qua summa orietur rerum perturbatio, hierarchiam, omnem tamen principatum ex sua proscribi ecclesia a Christo autumant, quasi vero hierarchia sine principatu esse possit.

Male autem habebat reliquos discipulos, fuisse, qui principatum affectarent collegisque cuperent praeferri. Hos ergo docet Jesus, non grave ipsis damnosumque fore, si quis in regno Dei praelatus primus sit in fundanda et gubernanda ecclesia. Nullam inde tyrannidem, jugum nullum reliquis imponi. In humanis quidem regnis miti nomine principis tristitiam ac saevitiam domini praetexi; at sacra in civitate aliam vitam, alios mores esse. In qua si quis princeps dicatur administer, nihil illi in cives acerbius licere, nullam esse in reliquos dominationem; oportere potius eum plus etiam quam reliquos modesto esse animo, omnibus servire, et esse

(quod

(quod unum maxime pastorem ecclesiae decet, modo non vocabulo tantum, et literarum ductu, sed totius vitae habitu praeferatur,) servum servorum.

§. XII. *Quaedam de Luc. XXII, 25.*

Mentionem supra feci orationis similis argumenti, quam Jesus suprema nocte habuit, teste Luca, c. XXII, 25. discipulis de principatu litigantibus respondens: ὁι βασιλεῖς τῶν ἐθνῶν κυριεύουσιν αὐτῶν, καὶ οἱ ἐξουσιάζοντες αὐτῶν εὐεργέται καλοῦνται. ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως κ. τ. λ. Rem eandem tractari, morum eadem inculcari praecepta video; nisi quod exemplum non a Romanis petitur, sed a regibus barbaris. Nihil certe est in verbis, quod nos de principibus Romanis cogitare jubeat; qui, si graece omnino βασιλεῖς dici potuerunt, minus tamen proprium in illis nomen fuit, quam in barbarorum regibus, εὐεργέτας autem Syria praecipue et Aegyptus suos reges dixit. Quorum Christi verborum, si recte intelligo, (plenius enim de illis disputare jam non vacat) haec mens est: *principatus in regno caelorum, quem tantopere cupitis in-*

invidetisque aliis, toto genere sejunctus est ab illo, quem in felicitate insigni ponere tyranni et adfectare solent: molestus quippe, omniumque vos servos facturus, ut nulla ambitione quaerendus, nec tristius sit, postremum esse, quam principem. Gentium enim reges severe illis imperant, ac tanquam servis dominantur, quique alios in potestatem redegerunt, facinore non in virtutem solum sed et in beneficium verso. Euergetae vocantur. At ex vobis omnium primus pluribus ministrabit. Verum haec alio forte tempore. Memineritmus enim, Marci nos explicationem non Lucae professos esse.

VIII.

VIII.

Briefwechsel

zwischen Michaelis und Hrn Prof. Lichtenberg

über die Absicht oder die Folgen der Spitzen auf Salomos Tempel.

(zuerst abgedruckt im Göttingischen Magazin 3. Jahrg. 5 St.)

Nro. 1.

Michaelis an Hrn Prof. Lichtenberg.

Eine Frage ist mir mehrmals beygefallen, über die ich gerne Licht hätte; und wenn, sie zu beantworten, möglich wäre, würde es vielleicht mehreren angenehm seyn, Ewr.

Antwort im Magazin zu leſen. Läſst ſie ſich nicht beantworten, ſo nehme ich ſie zurück und wünſche ſie im Stillſchweigen vergraben, damit mich niemand auslache.

„Man nehme ein Palais auf einem Berge an, nach Italiäniſcher Art mit flachem, doch in der Mitte etwas gewölbtem Dache; man beſetze dies Dach von einem Ende bis zum andern eng mit eiſernen, ſehr ſpitzen, in die Höhe gehenden Stacheln; wird das Gebäude dem Einſchlagen des Blitzes vorzüglich ausgeſetzt, oder vorzüglich ſicher, oder (welches ich doch kaum vermuthen ſollte) keins von beyden ſeyn?“

Das ſonderbare Intereſſe und die Veranlaſſung der Frage verſchweige ich noch, um gar keinen Einfluſs in das Urtheil zu haben, und nichts freundſchaftlich zu erbetteln. Eine ſonderbare hiſtoriſche Erſcheinung veranlaſst mich zu fragen; ſobald ich Ewr. ..., Ja! oder Nein! darüber habe, will ich ſie nennen. Den 20ſten May 1783.

Hrn

Hrn Prof. Lichtenbergs Antwort auf Nro 1.

Wenn die Stacheln beträchtlich hoch, über das Gebäude gehörig vertheilt und gut mit der Erde verbunden wären, so müsste aller Theorie nach, das Gebäude dem Gewitter überhaupt wenig ausgesetzt seyn. Gezündet vom Blitz könnte es schwerlich werden, und darinn befindliche Menschen wären wohl völlig vor dem Strahl sicher. Ich sage: die Stacheln müsten hoch seyn, denn ein Haus, das z. B. mit Hecheln statt Ziegeln gedeckt wäre, würde nicht so viel Vortheil davon haben, als von wenigen sehr hohen und scharfen Spitzen. Denn wenn ein kleiner noch so spitzer Stachel einmal bey heftigem Zuströmen der Materie von der Atmosphäre des Hauses überflügelt wird, so leitet er sehr schlecht; da hingegen eine sehr hohe Spitze, sehr viel länger wenigstens, über die Atmosphäre in eine freye, meistens bewegte Luft hinausragt, und dadurch eine Menge von schädlicher Materie absetzt oder einnimmt, je nachdem die darüber hinstreichende Donnerwolke negativ oder positiv elektrisch ist. Lord

Mahon hat über diesen Umstand sehr schöne Betrachtungen angestellt. In s. Principles of Electricity 4to. London 1779. Aus einem ähnlichen Grunde sind auch allzuviele, nahe aneinander stehende Spitzen, ich will nicht sagen schädlich, aber doch unnütz, weil sie einander stören, so dass, obgleich die Güte der Ableitung mit der Anzahl der Spitzen wachsen mag, sie doch nicht allemal wie diese Anzahl wächst.

Sie müssen gut mit der Erde in Verbindung stehen, ich meine, nicht etwa durch Ketten oder gar noch stärker unterbrochenes Metall, sondern durch stetes. Man hat Beyspiele, dass solche gut mit der Erde verbundene Spitzen bey schweren Donnerwettern so heftig gezischt haben, wie angezündete Schwärmer. Was da verzischte, wäre gewiss bey einer vielgliedrichten Kette in manchen Fällen, und bey einer mehr unterbrochenen Verbindung in den meisten ein Schlag geworden.

Also nun zur Frage: Wären bey dem Palais, von dem die Rede ist, die Spitzen be-

beträchtlich hoch, und sehr gut mit der Erde verbunden (werden die Spitzen gut unter sich selbst verbunden, so ist hinreichend, nur einigen eine Verbindung mit der Erde zu geben) so würde es wohl gewiss sehr viel weniger vom Blitz getroffen werden, als wenn es diese Spitzen nicht gehabt hätte. In Cärnthen auf dem Landgut des Grafen Orsini von Rosenberg, Kayf. Cämmerers, befindet sich ein Kirchthurm auf einem Berge, dessen Geschichte hieher passt, und überhaupt eine der merkwürdigsten ist, die mir in dieser Lehre vorgekommen ist. Seit jeher schlug der Blitz in diesen Thurm, und so oft, dass man des Sommers sogar den Gottesdienst aussetzte, weil verschiedene Menschen getödet worden waren. 1730 wurde er ganz durch den Blitz zernichtet, wie sich Ingenhausz, (vermischte Schriften. 8. Wien 1782. S. 160.), aus dem ich dieses nehme, ausdrückt. Man baute einen neuen, allein diesem gieng es, selbst die Zernichtung kaum ausgenommen, noch ärger, als seinem Antecessor. Der Blitz schlug alle Jahr 4 bis 5mal hinein, ja, (und ich glaube dieses ist das einzige aufgezeichnete

Beyspiel von der Art) ein und eben dasselbe Donnerwetter schlug 10mal in ihn. Im Jahr 1778 wurde er 5mal getroffen, der 5te Schlag war so heftig, dass der Thurm zu sinken anfing, und der Graf musste ihn einreissen lassen. Indessen nun kam der dritte Thurm; diesen versah man mit einem spitzen Ableiter, und nun ist alles still, ein einzigesmal hat zwar seit der Zeit der Blitz wieder eingeschlagen, allein der Schlag war schwach, er schmelzte nicht einmal die subtile Spitze des Ableiters, und der Thurm litt gar nichts, und wird auch nie wieder etwas leiden.

illo dicendum. Graeci numinis hoc nomen fuisse. Dudum enim in his fidem decoxerunt Graeci, audacissime hariolati in barbaris vocabulis, quae omnia graecissare cogebant, ac si quem sonum, nominibus deorum suorum non dissimilem auribus hausserant, de suis illum numinibus interpretati. Neque vero ad fidem pronum est, Hermetis sive dei sive hominis nomen alienis scriptis praemissum fuisse. Justius multo Orienti illa vox Herem vindicabitur, *sacrosanctum arcanumque* sonans, quod optime arcanis philosophiae, adyto etiam dignis, inscribi potuit. Neque obstat, quod locuples hujus rei testis IABLONSKIUS neget, ullum veteri linguae Aegyptiae cum Hebraica Arabicaque cognationem intercessisse: peregrino enim ac forte chaldaico vocabulo uti Aegyptii potuerunt, philosophiae studio atque (ut nonnullis videtur) secta cum Chaldaeis conjuncti. Et vere ex IAMBLICHO novimus, a peregrinis vocabulis illos ea certe aetate in sacris non abhorruisse; quae vel ideo expetenda invidis eruditis erant, ut mysteria quibus incubabant a plebe tutiora essent, atque sanctiora magisque divina haberentur. Exit ergo חרם חרם *filius sacro-*

ſanctus, ſeu illud ſcribendi genus quo in templis utebantur Aegyptii, duplex illud quidem, ἱερατικὸν et ἱερογλυφικὸν, de quo uberiora CLEMENS ALEXANDRINUS memoriae prodidit. (11) Huic ut Aegyptii ἐπιστολογραφικὸν ſeu vulgare opponebant, eodem teſte CLEMENTE; ita Hebraeis erat, quem חרש אנוש *ſtilum hominum* ſive *vulgarem* dicunt, quo Jeſaias ſcribere vaticinium breve ab omnibus legendum jubebatur. (12) Faceſſant enim nugae aliquorum ad hoc comma, adeo turpes ſalacesque, ut Veſtris auribus indignas judicem.

Jam intelligitur, quae propria quaſi fuerit provincia chartummaeorum. Magos vocemus deinde, licet aliquid illud nomen erroris habeat,

(11) L. v. Strom. p. 237. editionis Sylburgianae, Potterianae autem 657. 658. Caeterum conjecturam veroſimilem quidem de nomine *Herem*, Aegyptiis monumentis inſcripto lectori judicandam relinquimus, tum demum non veroſimilem ſed prorſus veram, niſi aliam originem, magis noſtra manifeſtam, lingua Coptica prodat.

(12) Jeſ. VIII, 1.

beat, ad Persarum philosophos pertinens, atque ab his vulgo ad alienissimas philosophorum scholas translatum. Hierographi ergo seu magi Aegyptiorum hieroglyphici generis scribendi periti erant, (13) quod universam gentis eruditionem et complectebatur, et caligine quasi tenebrisque involvebat, ne a plebe intelligeretur, ne historia quidem rebusque gestis principum exceptis. (14) Hinc

(13) ORIGENES lib. VI. Strom. p. 269. (edit. Sylb.) τοῦτον τὰ τε ἱερογλυφικὰ καλούμενα — — — εἰδέναι χρή.

(14) Idem ORIGENES lib. V. Strom. p. 237. de hieroglyphicis figuris agens, τοὺς γοῦν inquit τῶν βασιλέων ἐπανοὺς θεολογουμένοις μυθοις παραδίδοντες, ἀναγράφουσι διὰ τῶν ἀναγλύφων. Uberius hoc argumentum tractat ANGELUS MARIA BANDINIUS, capite VI. elegantis libri, quem *de Augusti Caesaris obelisco* scripsit, docetque, Sesostridem aliosque reges hieroglyphicis figuris, quas soli sacerdotes intelligerent, columnis inscripsisse, quae facta, male immortalia, ad aeternam memoriam commendaturi erant. Hinc tantae in historia Aegypti tenebrae, non, credo

somniis divinis interpretandis adhibiti sunt, cum dii crederentur arcanis quidem sed tamen hominum signis usuri, si quid hominibus significandum monstrandumque esset. Quorum signorum explicatio a quibus peti melius poterat, quam ab his, quorum ars omnis et vita in imaginibus symbolisque versabatur? Iidem insignem naturae peritiam ex arcanis monumentis Aegyptiorum, multorum seculorum complexis, hausisse videntur. Licet enim philosophia physica, quae causas rerum investigat, olim aut nulla aut inepta ac fere puerilis fuerit, neque cum hac luce, in qua nunc versamur, conferri possit, certum tamen est, Aegyptios

credo, ipsorum annalium obeliscorumque vitio, sed quod Graecis fumum venderent suae gentis laudi studentes unici horum annalium interpretes, sive quod ipsi Aegyptiorum sacerdotes Ptolemaeorum aetate non satis hieroglyphica et antiqua intelligerent. Reliquaque magos scire oportebat figuris expressa, ut *mundi descriptionem, et geographiam, et ordinem solis et lunae et quinque planetarum, Aegyptique chorographiam, et Nili descriptionem et descriptionem instrumentorum ornamentorumque sacrorum, mensurasque et quae sunt in sacrisutilia*, sufficiat verbis ORIGENIS indicasse

gyptios *magiae naturali*, quam nos prisco nomine proscripto alioque in ejus locum irrogato *physicam experimentalem* dicimus, insignem operam dediſſe. (15) Quod quidem abſit ut cum MILLIO (16) Abenezrae et Abarbaneli, ineptiſſimis teſtibus, credamus, qui ne in antiquitate quidem judaica teſtium loco audiendi, in Aegyptia autem plus quam explodendi ſunt. Magia certe, cujus ſtudium Aegyptiis vel illi concedunt, qui eorum philoſophiam nulla laude dignam judicant (17) experimen-

(15) Videtur quidem phyſica Aegyptiorum ſcientia ejusdem ingenii fuiſſe, ac medicina, quae obſervatis antiquo uſu confirmatis contenta parum aut nihil ratiocinio tribuebat. Lege de hac *Diodorum Siculum* l. 1. c. 82. Wechel. edit. p. 74.

(16) Diss. de חרטמים §. 5.

(17) Aliorum de Aegyptiis ſententias in compendium redegit doctiſſimus BRUCKERUS *hiſtor. philoſ.* T. I. 278-280 in eruditionem antiquiſſimae et celeberrimae gentis paulo iniquior, ſi nos non nimis aequi ſumus.

tis (quae dicimus) physicis constabat, ratiocinio quamvis aut nullo aut raro inter se apte connexis. Hinc factum, ut praestigiis atque incantationibus uti Aegyptiorum magi indoctae plebi viderentur. Nec negaverim, illos plebi illudentes miraculorum patratores divinosque homines induisse, ac vulgo profanaeque turbae videri voluisse ea numinis daemonumve auxilio perficere, quae natura duce magistraque faciebant. Sed nego ac pernego ulla magos daemonum ope, si quam profanis jactabant, usos esse, etiam tum, cum Mosi resisterent: neque quoque, illos sive sibi ipsis persuasisse, sive Pharaoni aliisque non de plebe hominibus persuadere conatos esse, praeter arcanos naturae recessus suam aut artem aut scientiam quidquam complecti. Illud si quis superstitiosior negaverit, nostro is seculo illique luci eruditionis, quae nunc est, risum debet; hoc Mose etiam teste probabimus, ex quo liquet, magos a Pharaone sibi oppositos prae se tulisse, omnia arte ac naturae peritia fieri, quae facerent, ideoque Mosis miraculis fidem abrogandam esse, quod ipsi nullo nomine adjuti sola naturae peritia eadem patrare possent, quae Moses Jehovae nomine fieri diceret.

V.

§. V.

Tradit quippe Moses (18), postquam ipse baculum in serpentem, et aquam in sanguinem vertisset, ranasque ex Nilo exire jussisset, (de creatis enim ranis altum est apud Mosen silentium) Aegyptiorum magos eadem fecisse, ne Pharao miraculorum magnitudine perculsus divinam Mosis legationem expavescere ac venerari inciperet. Praestigiae hae fuerunt, si praestigias dicamus artes, quibus oculi praestinguuntur (19) seu exstinguuntur, ne videant, quid rerum agatur, et qua quidquid arte confiat. At miracula daemonumve potentium opem, nisi ipsi se valde oppugnare vellent, jactare non poterant. Ac saepe animum mirari subit, qui factum sit, ut

(18) Exod. VII, 11. 22. VIII, 3.

(19) Scio, praestigias a plerisque a *praestringendis oculis* dictas putari; equidem malim a *praestinguendo* seu exstinguendo oculorum lumine. *Praestinguendi* certe verbo de stellis LUCRETIUS usus, et vero magis ad rem VELLEIUS, *fata*, inquit, *omnem animi ejus aciem praestinxerant.*

ut acutissimi diligentissimique viri magno consensu traderent, magos Aegyptios numinis cujusdam daemonisve opem jactitasse, aut omnino Pharaoni incantationibus uti voluisse videri; cum eo ipso necesse habuissent fateri, et Mosen a deo quodam missum esse, quod negare tanta arte allaborabant. Contra adfirmasse videntur omnia ea, quibus Pharaonem percelleret Moses, arte humana effici posse; Mosenque eos naturae recessus, quibus jam pro miraculis utatur, in scholis magorum didicisse, unde nec esse, cur illi Pharao divinum adflatum jactanti fidem habeat. Argumento est illud ipsum, quod sciniphes ex pulvere elicere non valentes fatentur, *dei hoc opus* sive *digitum* esse: quod licentes, quid affirmant, nisi ea, quae ipsi antea fecerant, non dei alicujus opus, sed humanas artes fuisse. Non equidem meum est, praestigiarum illarum, humanam aut artem aut scientiam non superantium, rationem demonstrare. Nec vero est ex Vobis, Viri eruditissimi, qui dubitet, quin possit sine numinis auxilio, occulta arte, quae oculos fallat, aqua sanguinis colore tingi, ranarumque ingens agmen ex fluvio elici. De baculis in

ser-

serpentes conversis gravior disputatio, nisi constaret, aliquos serpentes colorem baculorum ac formam satis simulare, suspicioque esset, narcotico veneno magos usos esse, quo stupidos serpentes versare atque ut lignum manu tractare manu possent. (20) Quod si durum videatur, ea certe residebit suspicio, serpentes pro baculis substitutos esse.

At tandem intellectum, atque ab ipsis adeo magis agnitum est, quantum divina humanis praestarent, cum ex pulvere terrae sci-

(20) Elegantissimum ipsa sua simplicitate simillimum observatum adjecit, post peractam recitationem, illustris Praeses. Earum enim serpentum, quae vivos catulos pariunt, adeo rigida et immobilia corpora sunt, ut cauda prehensa nequeant se ad manum advolvere, sed pendulis capitibus, rectoque tractu corporis baculi recti imaginem repraesentent. Id vulgo apud viperarios notum ipse vidit illustris HALLERVS, atque absque metu prehendentes viperas conspexit, nunquam ausuros cauda sublevare ferox et tremendum animal, si perinde ut alii serpentes flexum se sublevare, manuique caput admovere posset.

sciniphes exire Moses jussisset. Sciniphes enim esse, non pediculos, qui Hebraeis Cinnam (כנם) vocantur, jam viderunt LXX interpretes, in rebus Aegyptiis magni faciendi; culicum genus volatile alte aculeum in pungendo adigens, et si credimus PLINIO (21) ultra

(21) Lege ejus hist. nat. l. XI. c. 19. l. XXX, c. 53. quos enim *muliones* vocat, ab ARISTOTELE κνῖπες vocantur. Quales autem sint Sciniphes sive ciniphes, (perinde enim est, sive cum S. scribatur, sive omisso S) uberius docuit S. veter. HARENBERGIUS in *miscellaneis novis Lipsiensium* II. p. 617-620. cui hanc explicationem, quamvis sine veterum auctoritate allatam, nos quidem debemus. Nos cum videamus etiam post HARENBERGII scriptionem dubitatum esse de insecto illo, veterum testimonia addemus. LXX quidem interpretes, tum fere egregii, ubi vocabula vertenda sunt aliquid historiae naturalis aut antiquitatis Aegyptiae indicantia, Exod. VIII, 16. 17. 18. (al. 12. 15. pro Cinnam habent, σκνῖφες, vulgatusque interpres Latinus *ciniphes* PHILO *de vita Mosis*, p. 490. *ubi terram virga percussit, tot ciniphes ex ea profusi sunt, ut velut extensa nubes totam obtineret Aegyptum. Id enim animal molestissimum,*

ultra diem haud vivere. Hoc enim portentum cum imitare arte humana non possent hie-

mum, quamvis minutum admodum. Nam non solum superficiem cutis laedit pruritu noxio, verum etiam interiora per aures naresque penetrat. EUSEBIUS l. IX. Praep. evangel c. 27. p. 436, (edit. Colon. al. 254) ex ARTAPANO narrat *Mosen praeterea eadem virga excitasse ranam,* πρὸς δὲ τούτοις ακρίδας καὶ σκνίπας. *et cum his locustas et ciniphes,* Narrat autem EUSEBIUS, quae ipsi Aegyptii de historia Mosis tradiderint. Eodem ciniphum nomine utitur et SULPICIUS SEVERUS in Pharaonis Mosisque historia, in quo antiquorum consensu de ciniphibus dubitandum non esse existimo, de quibus praeter PLINIUM legendus est etiam ARISTOTELES lib. IV. hist. anim c. 8. Atque haud scio, an *Cinnam et Ciniphes* idem sit vocabulum, non Hebraicum sed Aegyptium, ab Aegyptiis etiam ad Graecos Latinosque transmissum. Memini etiam, in LABATI *commentariis itinerum per insulas Americae* aliqua me legere de simili fere animalculo Caraibos vexante. Sed cum locus quaerenti non succurrat, adfirmare certe non possum, ciniphes esse, quos ille curiosius describit. Quod autem

hierographi, frustraque id tentassent, fassi, *dei hunc digitum*, *opus hoc esse*, veritatem miraculi Mosis publico elogio honestarunt (22). Per Orientem etiam percrebuit id, quod Moses tradit, magos Aegypti magnitudine miraculorum perculsos divinum legatum Mosen agnoviisse; additurque, eos et Mosen more Orientis in terram provolutos adorasse, et ultimo propterea supplicio a Pharaone adfectos esse (23). Heliopolitanos autem sacerdotes adfirmasse contra Memphitas ipsum maris Erythraei transitum divinitus Israelitis concessum

autem imitari hoc Mosis miraculum non possent magi, inde repetendum videtur, quod frigidiore nascentis anni tempestate haec fiebant, ciniphesque calore maxime laetantur.

(22) Exod. VIII, 15. Quod autem ex hoc numero Ioannem Iambremque excipiunt Iudaei, in mari rubro submersos, quod omnino Mosen pro divino legato habere nollent, nullo id auctore faciunt, levissimae praeterea ac nullius potius fidei homines, in ultimae antiquitatis rebus tradendis.

(23) Lege Coronum Sur. VII, 118-123. XXVI, 45-51.

cessum, ac miraculo mare exsiccatum esse auctor est ARTAPANVS apud EUSEBIUM (24).

§. VI.

Quod si Aegyptii veritatem miraculorum Mosis et intellexerunt et professi sunt, mirum non est, Aegyptios Iehovam diis suis inseruisse. Quin ipsa ea narratio Mosis de magis suorum tandem miraculorum caussa divinum numen veneratis mirifice inde confirmatur, quod Iehovam ab Aegyptiis cultum sat priscis vestigiis deprehendimus. Nec enim opinabile est, ventosam superbamque gentem, odio infesto Hebraeos prosequutam, inimico numini, cum quo bellum quasi Pharao gesserat, cujusque legatus Israelitas ad seditionem (ut Aegyptiis

(24) Praep. evang. l IX. in fine capitis 27. pag. 436. Qua de lite si quis plura scire aveat, petat illa ex elegantiore scripto *Caroli Henrici* ZEIBICHII *de sacerdotum Memphitiorum et Heliopolitanorum dissidio*, qui et alios excitavit, ejusdem dissidii interpretes, a nobis jam non nominandos.

Aegyptiis videbatur) ſolicitaverat, graviſſimisque malis Aegyptum vexaverat univerſam, divinos honores decreturam fuiſſe, ſi Moſis miracula praeſtigiis annumerare ulla ratione licuiſſet. Factum ſit aliquid, oportet, quo Aegyptiis conſtabat, humana arte et peritia majora illa fuiſſe. Si autem tanta fuerunt Moſis miracula, ut hierographis ipſis, victa dubitatione, divina tandem viderentur, hominibus, a quibus naturae peritiam, periculis factis quaeſitam, abjudicare haud poſſumus, quantumvis illorum eruditionem premamus, deſperandum erit irriſoribus novis ac noſtra aetate natis, atque illa ſpes abjicienda, ſe praeſtigias artesque Moſis aſſequuturos et patefacturos fuiſſe, ſi ejus tempore vixiſſent. Qui enim quaeſo curatius in eorum veritatem inquirere poterant, quam illi ipſi magi, in quorum ſcholis Moſes educatus erat, qui et arcanos quosdam naturae receſſus noverant nobis ignotos, atque in fraudibus praeſtigiisque occalluerant?

§. VII.

§. VII.

Mosaicum autem Iehovam, novum nomine deum, cui ex suis numinibus patriis similem existimaverit Aegyptus, Gnostici nos doceant. Horum enim philosophiam a veteribus Aegyptiis acceptam ac per manus traditam esse, ex summa primorum errorum, unde reliqui omnes manarunt, conspiratione (25) adparet, accedente eodem in utrisque

(25) Utrique generationes deorum semper degenerum, mundi conditorem, a summo deo diversum longeque inferiorem, originem peccati ex crassa corporis materia repetendam, quae carcer sit purae ac simplicis illius aurae, animi, migrationemque animorum in alia corpora credebant. De gnosticis hoc certum et indubitatum, remque ita planam fecit perillustris cancellarius Georgiaae Augustae, MOSHEMIVS, ut nostrae commentationis nil egeat. Si de animorum migratione dubium subnascatur, IRENAEUM testem cito, qui libri *contra haereses* capite XXV, Carpocrati hoc dogma tribuit. Nec suum de Helena mendacium fingere Simon magus potuisset, nisi hoc sumsisset, animos post mortem in alia corpora migrare. Aegyptiorum antiquam doctrinam

arcani ſtudio. Hi cum non a ſummo ac principe deo mundum conditum, ſed a daemonibus potentioribus quam ſapientioribus exiſtimarent, quos et *Cosmopoeos* et *Demiurgos* appellabant, unum ex his, ac vero (ut plurimis placebat) maximum, proprio nomine *Demiurgum* dictum, Moſis deum fuiſſe, ejusque auſpiciis ex Aegypto liberatos eſſe Iſraelitas contendebant (26). Quod cum Aegyptio

a Pythagoraeis aliisque diſcere licet. Sed nimis ampla eſt materia quam ut hic tractari poſſit.

(26) Ne haec quamvis nota ſine auctore ſcribere illis videamur, qui ad fontes ipſos hiſtoriae eccleſiaſticae non accedunt, ex uno IRENAEO adſcribimus, quae huc faciunt Lib. 1. contra haereſes, cap. XXIII. p. 99. (ex edit. Maſſueti) de Simone Mago narrat, eum docuiſſe, *prophetas a mundi fabricatoribus angelis inſpiratos dixiſſe prophetias: quapropter nec ulterius curarent eos, qui in eum et in Helenam ejus ſpem habeant, et ut liberos agere quae velint — — Nec enim eſſe naturaliter operationes juſtas, ſed ex accidenti; quemadmodum poſuerunt, qui mundum fecerunt angeli, per hujusmodi praecepta in ſervitutem*

ptio fonte, ut reliqua sua, hausisse videantur fueritque antiquae Aegypto numen, demiurgi nomine celebratum, atque etiam alia, accedant sententiam nostram confirmantia? Jehovam Mosaicum pro suo demiurgo habuisse Aegyptios adfirmamus. Erat autem de-

tem deducentes homines. c. XXIV p. 100. 101. 102. de Saturnino ostendit — — — *a septem quibusdam angelis mundum factum, et omnia quae in eo* — — — *Et Iudaeorum deum unum ex angelis esse dicit.* — — *Prophetias autem quasdam* quidem ab iis angelis, qui mundum fabricaverint, dictas; quasdam autem a Satana, quem et ipsum angelum adversarium mundi fabricatoribus ostendit, maxime autem Iudaeorum deo. Basilides — autem, — — tradit, eos, qui posterius coelum continent angelos, constituisse ea, quae sunt in mundo omnia. — — — — Esse autem principem ipsorum eum, qui Iudaeorum putatur esse deus — — — — Prophetias autem et ipsas a mundi fabricatoribus fuisse ait principibus, proprie autem legem a principe ipsorum, qui eduxerit populum de terra Aegypti. c. XXIX p. 111. de Ophitis nimis multa habet, quam ut ea hic describi possint, lectu tamen non indigna.

miurgus Aegyptius, quem et ἀγαθοδαίμονα Graeci, ipsi Cnuphin vocabant, conditor (ut putabant) universae hujus rerum molis, variis imaginibus convestitus. Iam enim sub forma serpentis innocui, pusillo corpore, binis praediti cornibus, quem Aegyptus Cnuph eodemque vocabuli significatu ἀγαθοδαίμονα Graecia dicebat, jam ut taurus, colebatur: reliquis autem sanctiores Thebani, qui et ortus illum expertem habuisse feruntur, hominis figura symbolica, ex cujus ore ovum, mundi imago, effunderetur, invisibile ejus numen induerunt. (27)

§. VIII.

Atque ut sanctioris huius ac castioris cultus primam faciamus mentionem, qui ab ipso Mose phrasi delibatus occasionem Aegyptiis aliisque dedisse videtur Jehovam cum demiurgo confundendi, rei auctores sunt PLUTARCHUS et EUSEBIUS. Ille quidem (28) re-

(27) Lege P. E. IABLONSKII *pantheon Aegyptiorum*, eiusque l. 1. c. 4.

(28) De Iside et Osiride p. 359.

refert, εἰς τὰς γραφὰς (quo pro rectius ταφας legit IABLONSKIUS) τῶν τιμωμένων ζώων τοὺς μὲν ἄλλους συντεταγμένα τελεῖν, μόνους δὲ μὴ διδοναι τους Θεβαίδα κατοικοῦντας, ὡς θνητον θεον οὐδένα νομίζοντας, ἀλλὰ ὃν καλοῦσιν αυτοι κνὴφ, ἀγέννητον ὄντα καὶ ἀθάνατον: *ad funera animalium, quibus divinus habitus honos fuerat, reliquos quidem (Aegyptios) tributa imperata pendere, solos autem nihil dare Thebaidem incolentes, quod mortalem neminem deum habeant, sed illum, qui Cneph dictus, ortus expers et interitus sit.* Duabus ergo in rebus ab aliorum Aegyptiorum moribus sententiisque dissidebant Thebaidis incolae, tum quod unum deum colerent Cnuphin, tum quod ejus loco non vivam aliquam bestiam colerent, in cujus mortuae funus magnos sumtus reliqua Aegyptus erogabat, templo deos quam sepulcro haud aegrius carere ridiculo errore opinata. Expressius autem EUSEBIUS (29) τὰ δὲ inquit τῶν Αἰγυπτιων πάλιν τοιαῦτά φησιν ἔχειν σύμβολα. Τὸν δημιουργὸν, ον Κνὴφ οἱ Αἰγύπτιοι προσα-

(29) Praep. ev. l. III. c. XI.

γορευουσιν ἀνθρωποειδῆ, τὴν δὲ χροιὰν ἐκ κυάνου μελανος ἔχοντα, κρατοῦντα ζώνην καὶ σκῆπτρον ἐπὶ δὲ τῆς κεφαλῆς πτερον βασίλειον περικειμενον — — τὸν δὲ Θεὸν τοῦτον ἐκ τοῦ ϛόματος προίεσθαί φασιν ὠὸν, ἐξ οὗ γενηθῆσθαι θεὸν, ὃν αὐτοὶ προσαγορέυουσι Φθᾶ, οἱ δὲ ἕλληνες Ἥφαιστον, ἑρμηνέυουσι δὲ τὸ ὠὸν τὸν κοσμον. Ἀφιέρωται δὲ τῷ θεῷ τούτῳ προβατον, διὰ τὸ τοὺς παλαιοὺς γαλακτοποτεῖν: *tradit Aegyptios haec habere ſymbola: demiurgum, quem Aegyptii Cneph vocent, humana ſpecie, colore, qui ex nigro caeruleus ſit, cingulum ſceptrumque tenentem, capitique circumjectum regium ex penna galericulum habentem. — Hunc autem deum ferunt ex ore ovum effudiſſe, ex eoque natum deum, quem ipſi Phtha, graeci Vulcanum appellabant: ovum autem mundum interpretantur. Huic deo oves ſacrae ſunt, quod earum lacte priſci veſcerentur.* Miror equidem, qui factum ſit, ut vir in rebus Aegyptiis ſummus IABLONSKIUS, exiſtimet, ſiſti hic doctrinam non Aegypti veteris, ſed orphicam ex graeca philoſophia interpolatam. (30). Aegre ad-

(30) in Pantheo, l. 1. c. IV. §. 8. pag. 95.

adducor, ut ab illo viro dissentiam, qui in literis Aegyptiis habitat, cuique uni opera danda est, si quid de lingua Aegyptiorum veri ac certi statuere cupias. Minus tamen mihi tutum videtur, in re antiqua acutius ipsis antiquis videre velle, nisi clarissimis illi argumentis erroris arguantur. Facile enim fit, ut rerum ignoratione aut incredibilia aut secum pugnantia nobis videantur, quae concordia et limpida sunt. Nec vero illud satis valet, quod EUSEBIO opponit JABLONSKIUS, Aegyptios Cnephum suum semper serpentis symbolo designasse: nam et ipse alio loco (31) tradit, etiam bovis illos symbolo usos esse in Cnuphi, et vero alter testis PLUTARCHUS discretis verbis prodit, Thebaidis incolas in eo diversos a reliquis Aegyptiis fuisse, quod spirantes mortalesque deos adspernarentur. Non ergo symbolo serpentis hi, de quibus loquitur PLUTARCHUS, uti poterant, quia serpentis, si quando moreretur, funus magna pompa curandum fuisset. Duos jam testes ejusdem rei habere videmur,

(31) §. 10. citati capitis, pag. 99.

quos repudiare post tot lapsa secula et in tanta Aegyptiae antiquitatis oblivione ac caligine cautum et legibus historiae ac quasi religioni suae servientem historicum non decet. Instat quidem literarum Aegyptiarum princeps, certum esse, et Thebanos animalia ipsosque sacros serpentes innoxios coluisse (32). Nec tamen hoc efficit, ut omnino damnandi PLUTARCHUS EUSEBIUSQUE sint. Aliquid veri dictis illorum subesse existimem, fidei historicae propugnator, quamvis concedam, Thebanis omnibus tribui quorundam ex Thebanis, sacerdotum forte sanctissimi templi, sententiam ac religionem. Videtur praeterea, et alia ratione Plutarcho Eusebioque conciliari HERODOTUM, DIODORUM et STRABONEM posse, ex quibus IABLONSKIUS efficit, ab ipsis Thebanis crocodilum, aquilam, et arietem coli consueviſse: praeter demiurgum enim, unum verumque deum, alios coluere Thebani non deos quidem, sed tamen a deo summo prognatos, quos Graeci scriptores ex suae gentis more in deorum numerum referebant.

(32) §. 3. citati capitis, p. 84. 85.

rebant. Colebant ergo animalia, nec tamen ut deum, quem proprie unum dicebant, sed ut symbola magnorum geniorum, quos forte non male aeonas gnostico vocabulo appelles. Objicit porro IABLONSKIUS, genuinam Orphei et Aegyptiorum doctrinam hanc esse, *phtha*, *primum deum*, *ovo inclusum*, *ex ovo* (seu mundo rudi) *erupisse*: at hic ex Cnuphis ore ovum prodire. Meminerimus autem, ipsorum Aegyptiorum non unas fuisse de diis suis sententias, sed suum proprium deum a suo sacerdote ac nomo praecipuis laudibus ornari consueviss, quae disputationes ab illis ad gnosticos manarunt, mirifice et ipsos in ordine atque honore aeonum suorum diffidentes. Hoc unum addo, quod supra in Plutarcho Eusebioque cum Herodoto et Diodoro conciliandis quasi praeceperam, ex EUSEBIO liquere, qua ratione unum deum, tradente PLUTARCHO, Thebani coluerint: nec enim alios ex eo natos negasse videntur, sed id modo tenuisse, dei nomine non alium nisi unum principemque deum dignum, eumque unum deum mundi conditorem seu demiurgum esse; cum alii Aegyptii creatorem mundi longo gene-

ratio-

rationum ordine ex primo aliquo et ignoto deo aeterna nocte involuto prognatum, ac viribus potius quam sapientia magnum existimarent.

§. IX.

His disputatis, agite videamus, qui factum sit, ut pro demiurgo Mosaicum Jehovam haberent Aegyptii? Deum suum coeli terraeque creatorem esse Moses praedicabat; quid ergo magis in promptu Aegyptiis, quam hunc deum cum suo demiurgo conferre? Accedebat, quod symbolum ipsum ovipari dei in libri sui exordio imitatus dicendo Moses est, *halitus*, inquiens, *dei fovebat superficiem aquae*: (33) Terram nempe aqua tectam halitu

(33) Mirum est, interpretes plerosque in hujus verbi explicatione conjecturis uti maluisse quam veris praesidiis philologicis linguaeque, Syriacae luce, cum jam inde a BASILII aetate notum fuerit, quid Syris significet. Hic enim narrat, a Syro, cujus divinam laudat sapientiam, proditum fuisse, illud in lingua Syro-

halitu quasi et aura dei vitali incaluisse atque ovi instar vivificatam esse Moses dicit, id traditurus, solo dei verbo et halitu quasi oris pulcritudinem vitamque nactam esse; cum lux splendescere, moverique pulvis et in plantas atque animalia coalescere inciperet. Neque ego puto, a Mosis verbis illam sive Aegyptiam sive Orphicam creationis imaginem fluxisse, cujus scriptis parum usi exteri videntur, alioqui non tam ridicule in gentis Irae-

Syrorum esse συνέταλπε καὶ ἐζωογόνει κατὰ τὴν εἰκόνα τῆς ἐποαζούσης ὄρνιθος, *confovebat et excludebat, avis instar ovis incubantis.* Locum excerpsit MONTFAUCONIUS in notis ad Hexapla Origenis p. 14., cui illum debeo. Ita occurrit idem verbum Deuter. XXXII, *ut aquila nidum excitat* seu dormientes quasi in ovis pullos evigilare facit incubando) *et in pullis suis* (יְרַחֵף) *incubat.* Prima conjugationis vera significatio est *mollescere*, quam et Arabes agnoscunt, et occurrit apud Jeremiam, c. XXIII, 9. *ossa mea mollescunt.* Hinc ova, quae incubando foventur, tanquam calore molliri dicuntur, ut prorumpere pullus possit.

Israeliticae historia rebusque a Mose gestis erraturi: sed Mosen philosophia Aegyptia imbutum ex ea hanc phrasin aut depromsisse, aut certe adrepentem sibi non repudiasse. Nec quae deinceps statim in narratione Mosis sequuntur, ab eadem Thebaica philosophia abludunt. Ut enim hi ex ovo a Cnuphi confoto prodiisse fabulantur Vulcanum, PHTHAS dictum, qui ignis erat subtilissimus aethereus, (34) sic Moses pro fabulis nudam sectatus veritatem lucem jussu dei per vastum illud chaos effervescere coepisse tradit. Quamquam si vere illum deum unum, ortus interitusque expertem, rerumque omnium opificem crediderunt Thebani, haud scio, an hactenus verum deum coluerint, quem et natura duce philosophi intelligunt, et Moses praedicabat, in eo tantum errantes, quod alios ex illo aut secundos aut certe a nobis colendos daemones natos cum reliquis Aegyptiis arbitrarentur.

§. X.

(34) IABLONSKY in Panthco p. 50.

§. X.

Sed diluendus jam est ille, qui et me ussit, et urere possit alios, nodus. Gnostici enim, quos ab Aegyptiis sua hausisse atque hoc imprimis, quod Mosaicum deum cum demiurgo confunderent, diximus, hi ipsi gnostici longe aliter de demiurgo quam Aegyptii sacerdotes sensisse videntur. Cum enim in demiurgum suum culpam mali, quo mundus laborat, conferrent gnostici, rebellionem ejus contra summum deum et arrogantiam, aut certe, si qui modestius eum vituperabant, imprudentiam accusantes; Aegyptii contra sua lingua ICHNUPHI dixerunt, seu interprete non poenitendo IABLONSKIO (35) *bonum daemonem*, quin serpentis innocui genus imaginem ejus esse voluerunt, (36) illumque serpentem et Graeci Aegyptiis auctoribus *agathodaemonem* vocarunt. In his si lapsu temporis mutata esse multa contenderem, corruptasque a gnosticis sententias sacerdotum Aegyptiorum, verosimili ratione uterer, probabilique et his, qui nimis sapientiam Aegyptio-

(35) l. 1. Panthei Cap. IV. § 5. 6.

(36) Vide librum caputque modo citatum. §. 3.

ptiorum mirantur, et illis, qui parum aut nihil veteris philosophiae Aegyptiae in Graecis ejus commentatoribus interpretibusque superesse autumant. Ut tamen verum fatear, eo non descendendum esse videtur. Graves ipsis Aegyptiis inter se dissensiones intercesserunt, Thebanis longe aliter quam aliis de demiurgo statuentibus; ac de Mosaico quoque deo ejusque operibus Heliopolitani sacerdotes cum Memphiticis disputarunt, illis transitum maris Erythraei numini miraculoque divino, his arte Mosis et aestui maris reciprocranti tribuentibus. Gnosticorum autem commenta quis legit, quin et hoc intelligat, multa illos de summis suis daemonibus dubitasse ac disputasse, illum quem alii maxime ornabant prementibus aliis. Fieri ergo potuit, ut, quem alii bonum genium habebant, in eum omnis mali causam alii derivarent. Ac ne quidem ex nominibus in vulgus notis satis tuto ad arcanos philosophiae Aegyptiae sensus argumentum ducitur; cum constet, tenebris placita sua hierographos involvisse plebi imperviis, suntque in hieroglyphicis plurimae imagines, primo adspectu alia omnia significare visae, turpes rerum hone-

honestissimarum, atque honestae rerum turpium, ea tantum parte similes, de qua vulgus non facile cogitaret. Quid ergo, si illi ipsi Aegyptiorum sacerdotes, qui minus de demiurgo honorifice sentiebant, quam verbo genium bonum dicebant, eundem mali habebant auctorem, atque alias omnino ob similitudines serpenti innocuo conferebant? Caeterum, dum in serpentis agathodaemonis mentionem incidimus, cogitabunt forte lecturi de serpente aeneo a Mose erecto, putabuntque, eum innoxium ejusmodi serpentem fuisse, quales Cnuphin simulabant. At hoc, ne quid gravius asseverantiusque contra dicam, nondum liquet. Moses certe alienissimus erat ab ulla dei imagine proponenda, et vere serpens ille, Seraphus erat, atque adeo ex eodem genere, quod morsu pestiferum fuerat Israelitis, nec ergo agathodaemon haberi potest. Alia est disputatio, Israelitaene serpentem aeneum cum agathodaemone confuderint, habuerintque Cnuphis et vero Iehovae loco, cum sub Hiskia divinos illi honores tribuerent (37).

§. XI.

(37) 2 Reg. XVIII, 4.

§. XI.

Alia certe superstitio per omnem historiam sacram nobilitata confusioni Jehovae et demiurgi originem debere videtur. Vix egressi ex Aegypto Israelitae vituli imagine Iehovam colere instituerunt, (38) peccati administro et opifice ipso Aharone, ad idemque idololatriae genus multo post tempore relapsi Ephraimitici reges sunt, qui a Jehova descisc ere minime volebant videri. Nec vero Apidem, de quo aliqui cogitarunt interpretum, aut alium deum mere Aegyptium, cultum fuisse, et ex verbis Israelitarum apparere videtur, *hi sunt dii tui, o Israel, qui ascendere te fecerunt ex Aegypto*, et ex illo Aharonis praeconio: *cras est festum Jehovae*. Omnino non assequor, qui Israelitae credere potuerint, Apidem suos Aegyptios infestis miraculis vexasse, atque alienissimam gentem tanto conatu in libertatem vindicasse. Mihi quidem vitulus ille, Heliopolitanus, atque adeo Cnuphis imago esse videtur. Ex eru-

(38) Exod. XXXII, 4-6.

eruditissimo IABLONSKII Pantheo (39) didici, bovem, setis hirsutis et in adversum nascentibus Heliopoli atque alibi cultum fuisse, cui et Cnuphis nomen, licet a demiurgo in Nilum translatum fuerit. Solebant enim Aegyptii immortales verosque, ut putabant, deos mortalibus et materialibus quasi miscere, (40) quem morem sequuti Nilum etiam agathodaemonem sive ICHNUPH vocarunt, (41) ac sub forma bovis coluerunt. Hunc ergo bovem aliqua veri specie Iehovae nomine insignire Aharon poterat. Specie, inquam; re enim eque veritate non opificis totius mundi, sed Nili cum hoc collati et culti bos Heliopolitanus imaginem exprimebat, ut taceam, in eo gravissime peccasse Aharonem, quod contaminatas erroribus sententias Aegyptiorum de demiurgo per populum grassari sineret, deique aliquam formam oculis subjicere auderet. Verum ille, cum ruen-

(39) l. 1. c. IV. §. 10. p. 99.

(40) Quo de more consulendus est BANDINIUS *de obelisco*. p. 30.

(41) IABLIONSKI l. c.

tem in idololatriam populum *deos*que visibiles petentem aegre sustineret, resque proxima seditioni esset; peccare quidem, sed quam posset excusatissime, voluit, Jehovamque demiurgo Aegyptio, ortus experti et unico deo, qui universam rerum molem condidisset, comparans, in vituli forma adorandum proposuit. Hinc adparet, qui fieri potuerit, ut Jerobeamus Jehovam culturus vitulorum tamen religionem civibus suis imperaret, vitulorumque prophetae nonnunquam Jehovae vates, quos se jactabant, dicantur, litorisque sacris illi reges excusatius videantur peccare, qui vitulos, quam qui Baalem adorabant. Quae si Vobis probata, Praeses illustris, sodalesque praestantissimi, atque aliquid lucis et antiquitati sacrae et historiae ecclesiasticae gnosticorumque opinionibus adfusum fuerit, felices has conjecturas verisque simillimas existimabo.

COROL-

COROLLARIVM.

Si certo probari possit, quod statuit IABLONSKYUS, pagina 95. Panthei: *Cnuph* deum eundem Aegyptiis philosophis fuisse ac Phtha seu Vulcanum; facilius intellectu erit, qui factum sit, ut miraculum Iehovae in fugando Sancheribi exercitu ad Vulcanum retulerint Aegyptii, teste HERODOTO l. II. 141. Quod enim Senacheribo immisisse mures agrestes dicitur Vulcanus, id hieroglyphicum potius, quam historicum videtur; fugamque sine proelio ob solum metum significare possit. At Graeci hieroglyphica historiae Aegyptiae nimis ad literam intelligebant.

Neue Verlagsbücher

der academischen Buchhandlnng in Jena.

1 Auswahl zerstreuter vorzüglicher Aufsätze, theologisch philosophischen Inhalts. Ein Repositorium für Theologie und Bibelstudium. 3te Lieferung 8. 9 gr.

2 Ferro, P. J. medicinische Ephemeriden, aus dem Latein. übersetzt von D. A. Ch. Rosenbladt gr. 8. 16 gr.

3 Göttling, J. F. A. chemische Bemerkungen über das phosphorsaure Queckfilber und D. Hahnemanns schwarzen Queckfilberkalk 8. 8 gr.

4. Gruneri, Dr. Chr. G. nosologia historica ex monimentis medii aevi lecta animadversionibus historicis ac medicis illustrata, 4maj. 12 gr.

5 Hirsch, F. praktische Bemerkungen über die Zähne und deren Behandlung in gesunden und kranken Zustand, mit einer Vorrede von Herrn Hofrath Loder 8.

6 Hufeland, C. W. über Pathogenie und Einfluss der Lebenskraft auf Entstehung der Krankheiten. gr. 8.

7 — C. W. über die Ursachen, Erkenntniss und Heilung der Skrofelkrankheit. Eine gekrönte Preisschrift. gr. 8. 1 Rthlr.

8 Mayers F. vollständige Geschichte der Ordalien, insbesondre der gerichtlichen Zweikämpfe in Deutschland 8. 20 gr.

9 Michaelis, J. D. zerstreute kleine Schriften gesammelt. 3te Lieferung. 9 gr.

10 Schmidt, C. Ch. F. philosophisches Journal für Moralität, Religion und Menschenwohl. 4r Band 1 bis 3s Stück 1 Rthlr. 12 gr.

11 Schnaubert, Hofrath, Grundsätze des Kirchenrechts der Protestanten in Deutschland. 2te vermehrte Auflage gr. 8. 1 Rthlr. 4 gr.

Zur nächsten Michaelis Messe werden fertig.

Hartmann, J. D. Beyträge zur christlichen Kirchen- und Religionsgeschichte. 8.

Hufeland, D. G. Lehrbuch der Geschichte und Encyklopädie aller in Deutschland geltenden positiven Rechte. gr 8

— Praecognita juris pandectarum hodierni sive jurisprudentiae positivae civilis per Germaniam communis. gr. 8.

Johann David Michaelis

Zerſtreute kleine Schriften

geſammelt.

Dritte Lieferung.

J e n a,

in der akademiſchen Buchhandlung

1 7 9 5.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-323110-p0165-9